

Palacio Angularis et de Cidamon et Alcolegie et dictorum molendinorum usque ad concurrentem quantitatem dictorum sexcentorum solidos jacensis quolibet anno qui conserventur ad opus redimendi censuale predictum tamdiu quousque dicte homines fuerint quitii et exempti a procuracions et solucione dictorum sexcentorum solidos censualium, et nos ipsam obligacionem et assignacionem teneri et observari facers dictis hominibus promitamus toto tempore vite dicti comendatoris et etiam postea quousque dictum censuale fuerit redemptum ab quod prefatus comendatore nobis humiliter supplicavit ut dictam promissionem iam dictis hominibus facers dignaremur. Ea propter ipsi supplicacioni inclinati tenore presentis ex certa sciencia convenimus et promittimus bona fide prefatis hominibus dicti loci de palacio Angularie quod predictam obligacionem et assignacionem tum per dictum comendatorem eis facta fuerit et eo modo quo facta excierit faciemus ipsis teneri et servari toto tempore vite ipsius comendatoris et etiam postea proviendum faciendum fuerit quousque dicti sexcenti solidos censuales fuerint redempti et dicti homines fuerint inde quitii et inmunes, in cuius rei testimonium presentem inde feri iussimus nostro sigillo munitam.

Datum Valencia .XIX.kalendas september anno Domini.MCCCXXX.sexto.
Guillelmus de Villa mandavit registratur fieri pro vicecancellarius ex pro facta in consilio.